

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones
CXXIII - Cod. Aug. perg. 47**

Augustinus, Aurelius

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Sermo XCIII

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-64194)

ap. ad spm ueritatis qui a patre procedit. ipse testimonium perhibebit
deme. & uos testimonium perhibetis, ille quippe testimonium perhibens
& testes fortissimos faciens. abstulit xpi amicis timorem. & inimicorum odi
um conuertit in amorem.

**INCIPIT SERMO XCIII. DE EO QUOD DICIT HAEC LOQUITUS
SUM UOBIS UT NON SCANDALIZEMINI USQ. AD SE. HAEC
LOQUITUS SUM UOBIS UT CUM UENERIT HORAEORUM
REMINISCAMINI QUIA EGO DIXI UOBIS.**

In his quae praecedunt hoc euangelii capitulum. dñs discipulos suos
ad inimicorum odia perferenda confirmans. suo quoq. praeparauit
exemplo. ut eum imitando fierent fortiores. Addens & promittens eis
quod uenturus esset sps scs. qui de illo testimonium perhiberet. & adiciens
quod & ipsi fierent testes eius. hoc utiq. in eos operante spu sco. sic eni ait.
Ille testimonium perhibebit de me & uos testimonium perhibebitis. utiq.
quia ille perhibebit. & iam uos perhibebitis. ille in cordibus uestris. uos in
uocibus uestris. ille inspirando. uos sonando. ut possit impleri. in omnem
terram exiit sonus eorum. Parum quippe fuerat eos adhortari exemplo
suo. nisi implet & spu suo. Deniq. apostolus p̄rus cum iam uerba eius
audisset ubi dixerat. non est seruus maior dño suo. Si me persequuta sunt
& uos persequentur. & hoc in illo iam uideret & impleri. in quo patientia
dñi sui si exemplum sufficeret debuit imitari. subcubuit & negauit. non
utiq. ferens quod illum ferre cernebat. Cum uero accepit donum sps
sci. quem negauerat praedicauit. & quem confiteri timuerat. non timuit
profiteri. prius enim exemplo quidem fuerat edoctus. ut quod fieri
conuenerat nosset. sed nondum fuerat uirtute futurus. ut quod nouerat
faceret. instructus erat ut star. sed non erat firmatus ne caderet. quod
postea quam per spm scm factum est. adnuntiavit usq. ad mortem.
quem negauerat timens mortem. Ideo dñs in hoc consequenti capi
tulo de quo nunc uobis loquendum est. Haec inquit loquitus sum uob.
ut non scandalizemini. Cantatur quippe in psalmo. pax multa diligen
tibus legem tuam. & non est eis scandalum. merito itaq. promisso spu
sco quo in eis operante fierent testes eius. subiunxit. haec loquitus sum
uobis. ut non scandalizemini. Cum enim caritas di diffunditur in cordi
bus nostris per spm scm quidatus est nobis. fit pax multa diligentibus
legem di ut non sit eis scandalum. Deinde quid passuri essent. iam ex
primens ait. Extra synagogas facient uos. quid autem mali erat apos
tolis expelli de synagogis iudaicis. quasi non inde se fuerant separaturi.

& iam si eos nullus expelleret. sed ni mirum hoc uoluit denuntiare. quia
 iudaei xpm non fuerant recepturi. a quo isti non fuerant recepturi. &
 ideo futurum erat ut foras mitterentur cum illo ab eis qui esse nollent in
 illo. hi qui esse non possent sine illo. nam profecto quia non erat ullus alius
 populus di. quam illud semen abraham. si agnoscerent & reciperent xpm.
 tamquam rami naturales in olea permanerent. nec aliae fierent ecclē-
 siae xpi. aliae synagogae iudaeorum. eadem quippe essent. si in eodem ee
 uoluisent. Quod quia noluerunt. quid restabat nisi ut remanentes extra
 xpm. extra synagogas facerent eos qui non relinquerent xpm. Accepto
 quippe spu sco testes eius effecti. non utiq. tales essent de quibus dicitur.
 multi principes iudaeorum crediderunt in eum. sed propter metum iude-
 orum ne pellerentur de synagogis. non audebant confiteri eum. Dilexe-
 runt enim gloriam hominum. magis quam di. Crediderunt ergo in eu.
 sed non sic quomodo eos uolebat credere qui dicebat. quomodo potestis
 credere. gloriam ab inuicem expectantes. & gloriam quae a solo do est nō
 quaerentes. Discipulis ergo sic in eum credentibus. ut impleret spu sco hoc
 est dono gratiae di. non sint de numero eorum qui ignorantes di iustitiam
 & suam uolentes constituere. iustitiae di non sunt subiecti. nec de illorū
 de quibus dictum est. Dilexerunt gloriam hominum magis quam di.
 illa congruit propheta quae de ipsis inuenitur implere. Dne in lumi-
 ne uultus tui ambulabunt. & in nomine tuo exultabunt tota die & in
 tua iustitia exaltabuntur. qm gloria uirtutis eorum tu es. merito eis
 dicitur. extra synagogas facient uos. illi scilicet qui zelum di habent
 sed non secundum scientiam. propter quod ignorantes di iustitiam &
 suam uolentes constituere. & eos expellunt qui non in sua sed in di iustitia
 exaltabuntur. nec expulsi ab hominibus erubescunt. qm gloria uirtu-
 tis eorum ipse est. Deniq. cum hoc eis dixisset adiecit. Sed uenit hora. ut
 omnis qui interficit uos. arbitretur obsequium se praestare do. & haec fa-
 cient. quia non cognouerunt patrem neq. me. hoc est non cognouerunt dm.
 nec eius filium. cui se in uobis occidendis praestare arbitrantur obsequium.
 quae uerba dñs ita subiecit. tamquam ex hoc consolaretur suos quide syna-
 gogis iuducis pellerentur. praenuntians enim quae mala essent pro eius
 testimonio per pessuri. Extra synagogas inquit facient uos. nec ait & ue-
 nit hora. ut omnis qui interficit uos. arbitretur obsequium se praestare do.
 Quid ergo ait. sed uenit hora. quem ad modum dicitur. si aliquid boni post
 mala ista praedicar. quid sibi ergo uult. extra synagogas facient uos.
 sed uenit hora. tamquam hoc dicturus fuisset. separabunt illi quidem uos

sed ego uos colligam. aut separabunt quidem illi uos sed uenit hora uestrae & ita. quid ergo ibi facit hoc uerbum quod ait. sed uenit hora. quasi consolationem eis promitteret & post tribulationem. cum magis dicere debuisset uidetur indicat uo modo & uenit hora. sed non ait & uenit. cum tribulationem super tribulationem. non consolationem post tribulationem uenturam illis esse praediceret. an forte sic eos illa de synagogis separatio fuerat turbatura. ut mori mallet. quam in hac uita sine iudaeorum congregationibus immorari. absit ut sic turbarentur. quid non hominum gloriam requirebant. Quid ergo est. extra synagogas facient uos. sed uenit hora. cum potius dicere debuisset uideatur. & uenit hora ut omnis qui interficit uos arbitretur obsequium se praestare deo. neque enim saltem dictum est. sed uenit hora ut interficiant uos. quasi ut eis mors pro consolatione illius separationis accederet. sed uenit inquit hora ut omnis qui interficit uos. arbitretur obsequium se praestare deo. prorsus non mihi uidetur aliud significare uoluisse. nisi ut intellexerent atque gauderent tam multos se christo adquisituros. cum de iudaeorum congregationibus pellerentur. ut eos non sufficeret pelleret. sed non sinerent uiuere. ne omnes ad nomen christi sua praedicatione conuerterent. & ab observatione iudaismi tamquam diuinae ueritatis auerterent. hoc enim de iudaeis dictum debemus accipere. de quibus dixerat. extra synagogas facient uos. nam testes id est martyres christi & iam si occisi sunt agentibus. non tamen illi arbitrati sunt deo sed dissimulatis obsequium praestare cum hoc facerent. iudaeorum autem omnis qui occidit praedicator christi. deo se praestare putauit obsequium. credens quod desereret deum israel qui cumque conuerterentur ad christum. ut enim & ipsum christum occiderent. ista ratione commoti sunt. Nam eorum de hac re & iam uerba conscripta sunt. Uidistis quia totus mundus post eum abiit. si de miserimus eum uiuere. uenient romani & tollent nobis & locum & gentem. & quod caiphas dixit. expedit ut unus homo pro populo moriatur & non tota gens pereat. & in hoc ergo sermone suo discipulos suos erexit exemplo. quibus dixerat. si me persequuti sunt & uos persequentur. ut quem admodum illum occidendo. deo se praestitisse obsequium putauerunt. sic & iam illos. Iste itaque sensus est in his uerbis. extra synagogas facient uos. Sed nolite solitudinem formidare. separati quippe a congregatione eorum. tam multos in meo nomine congregabitis. ut illi & uentes ne templum quod erat apud eos & omnia legis uideris sacramenta deserantur. interficiant uos sic fundentes sanguinem uestrum. ut deo se praestantes arbitrentur obsequium. Ecce est illud quod de his dixit apostolus. Zelum dei habent. sed

non secundum scientiam. Obsequium se putant praestare dō interficien-
 do famulos dī. O error horrendus; itane ut placeas dō percutis placentem
 dō. & dī templum uiuum referente proster nitur. nedi templum lapide-
 um deseratur. O execrabilis caecitas. sed ex parte israhel facta est. ut pleni-
 tudo gentium intraret. ex parte inquam facta est non extoto; Non enim
 omnes sed aliqui ex ramis fracti sunt. ut insereretur oleaster. Nam spū scō
 implente discipulos xpī. cum linguis omnium gentium loquerentur. cum
 per eos diuina miracula frequentarentur & diuina eloquia spargerentur.
 & iam occisus ita dilectus est xpī. ut eius discipuli expulsi a congregationib;
 iudaeorum. ex ipsis quoq; iudaeis in gentem multitudinem congregaret
 & nullam solitudinem formidarent. Hinc ergo accensi ceteri reprobi. & ce-
 ci zelum dī habentes. sed non secundum scientiam. & obsequium sedō praes-
 tate credentes occidebant eos. sed pro illis occisus colligebat eos quide his fu-
 turis antequam occideretur. instruxerat eos. ne ignaros atq; inparatos ani-
 mos mala inopinata & inprovisa quamuis cito transitura turbarent.
 sed praecognita & patienter accepta. ad bona sempiterna perducerent.
 hanc enim fuisse causam ut haec eis praenuntiar. & iam ipse demonstrauit
 adiungens. Sed haec loquutus sum uobis. ut cum uenerit hora eorum. remi-
 nis camini quia ego dixi uobis; hora eorum hora tenebrosa. hora nocturna.
 Sed indie mandauit dñs misericordiam suam & in nocte declarauit. quan-
 do noxi iudaeorum separatim a se diem xpianorum nulla confusione fusa-
 uit. & quando carnem occidere potuit. fidem tenebrae non potuit.

**INCIPIT SERMO XCIII. DE EO QUOD DIXIT HAEC AUTEM
 UOBIS AB INITIO NON DIXI QUIA UOBIS CUM ERAM. USQ;
 AD DE IUDICIO AUTEM QUIA PRINCEPS HUIUS MUNDI
 IUDICATUS EST.**

Cum dñs ih̄s praedixisset discipulis suis per sequutiones quas passu-
 ri fuerant post eius abscissum. subiunxit atq; ait. Haec autem uobis
 ab initio non dixi. quia uobis cum eram; nunc autem uado ad eum
 qui me misit; ubi primum uidendum est. utrum eis futuras non praedixe-
 rit ante passionem. sed alii tres euangelistae satis eum praedixisse ista
 demonstrant antequam uentum esset ad caenam. qua per acta secundū
 iohannem ista loquutus est. ubi ait. Haec autem uobis ab initio non dixi.
 quia uobis cum eram; an forte hinc ista soluitur quaestio. quia & illi eum
 narrant passioni proximum fuisse cum haec diceret. Non ergo ab initio
 quando cum illis erat. quia iam discessurus. iamq; ad patrem perrecturus
 haec dixit. & ideo & iam secundum illos euangelistas uerum est quod hic dictū ē.